

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

An cognitio Dei donorum in se repugnet Humilitati, & sit vitanda. C. VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

### VIII. DE HUMILITATE QUÆRENDA.

591

*a*sequit̄ cernimur ab auctore mundi grauius inde iudicetur. Cum enim augmentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Tantò ergo esse humilior atque ad seruendum Deo promptior quisque debet ex munere quād se obligatiorem esse conspicit in reddendā ratione. Secundo, titulo securitatis, ut tua sanctitas sit firmior: firmitatem autem præcipua humiliata prestat, que vocatur à sanctis fundamentum virtutum, quod quantum profundius est, eo est firmius adiunctum. Idem mons S. Augustinus serm. 10. de verbis Domini: *Magnus esse viat* à minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celistum, de fundamento prius cogita humiliatio: & quantum vult & disponit superimponere nomen adiuncti, quandū erit maius adiunctum, tantò alius fudit fundatum. Et fabrica quidem, cum construatur, in supraea consurgit, qui autem fudit fundatum ad ima deprimitur. Ergo & fabrica ante celistum humiliatur, & safigium post humiliatio: nem erigitur. Hæc ibi. Plura alia ad nos alii postponendos metuia, capite sequenti §. Notandum secundū inuenies.

Praxis autem huius actus humiliatis hæc esse potest lèpē in die, præsertim matutino tempore post somnum, & alias pias exercitationes expeditas, vel in medio earum, iterum in meridie post Salutationem Angelicam, & vel peri antequam eas cubitum hos Actus elicias:

*Sanctissime & dilectissime Domine Deus & Pater meus, in uione meritorum D.N. Iesu Christi, per te, ut per gratiam, & meritam, que apud te habent incola huus Ciuitatis, & Provincie, ac Regni, & totius mundi, quibus in spiritu me substerno, tanquam paucum eorum, cupiens ab illis calcari & deprimi, misericordia, & benedicas mihi omnimodā tuā benedictione celesti nunc & in secula. Amen.*

Item excita in te aliquoties in die desideriū, ut contemnaris ab aliis, præsertim à Superioribus, & postponaris aliis.

In occasionibus verò contemptus tui, & dum videbis, vel audies, alios te inferiores, & vt tuo amori proprio videbitur, minoribus talentis & meritis, quam in te sint, præditos, promoueri ad altiora & speciosiora, te neglecto & postposito, gaudeas, & ita semper tractari cupias, & magis ac magis te negligi & vilipendi, ac aliis postponi desideras, purè propter Deum, vt hoc tui vilipendio, & contemptu quam maximè Deum exhilaras & glorificas, & quodammodo propter eius amorem annihileris ciuiliter in conspicu hominum.

### C A P V T S E X T V M .

*An cognitione Dei donorum repugnet humiliatio: & an vitanda sit?*

56. **Q**uoad cognitionem sui, quam debet necessario habete, de sua vilitate, quam ha-

bet ex se quilibet, qui humiliis vult esse, aliqua nota sunt.

*N*otandum est primò: Non esse contra humiliatem cognoscere in se Dei dona, etiam maxima, etiam miraculosa, & ob quæ alij hominem pro sancto aliqueti venerantur, inò proflus omnia Dei dona, quæ Deus alicui conferret, in altissimo omnium virtutum, & summæ perfectionis gradu, qui in hac vita habeti posset.

Instituo dissertationem hac de re, quia ante multos annos, incidi in quandam Religiosum, valde prudentem, spiritualem, mortificatum, & doctum, & multorum annorum præcipuis in suo Ordine muneribus, etiam regendi alios, perfundam, & in magnâ apud homines opinione existentem, & innumerorum, vt ita dicam, hominum, in rebus conscientia ac spiritualibus Magistrum & Directorem primarium, apud omnes in maximâ virtutis, prudentiae, & experientiae, rerumque spiritualium opinione. Hunc, inquam, tantum vitum (pridem etiam mortuum) intenui in hac opinione mordicus fixum: Quod sit contra humiliatem, cognoscere in se Dei dona, præter communia multis, qualia sunt, Fides in Christum, & alia Fidei mysteria, vocatio ad sacerdotium, vel Ordinem aliquem Religiosum, & his similia. Contraria tamen sententia certissima est, & sine temeritate magnâ negari non potest, & sic probatur à me.

Primo ex Scripturâ, ex illis Apostoli verbis 1. Cor. 2. v. 12. *Nos autem non spiritum huius mundi acceperimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. At, qui scit Dei dona in se, cognoscit ea; ergo debemus ea, saltem possumus agnoscere, hortante Apostolo.*

Secundò, idem probatur exemplio Christi Domini, quia is, & scientia Divina, & beatâ, & insula cognoscet Dei dona in se perfectius quam illus homo, ob maiorem perfectionem scientiarum variarum, quas in se habuit. Et tamen erat humiliatus. Ergo non repugnat humiliati cognoscere in se Dei dona.

Tertiò, idem ratione probatur: Vult Deus nos esse gratos, & gratias ei agere pro omnibus beneficiis & ob illa eum amare. Atqui nullus potest serio gratias agere, & amare Deum, pro beneficiis quæ non cognoscit. Ergo cognoscenda sunt. Et quia una virtus est connexa alteri, & sine aliis non potest esse perfecta, vt est communis doctrina SS. Patrum & S. Thomas 1. q. 65. a. 1. idem cognitæ virtutes, nobis à Deo datur, excitant nos ad gratias agendas Deo, pro illis, & nihilominus occasione virtutum, in nobis à Deo nobis daturum, & nostra indignitas, humiliamus nos Deo, tanquam indigni illis virtutibus. Ad quod propositum conduit præclarra sententia S. Theodori Studite dicens serm. 83. *Tantum in nos clementia Dei beneficium est.*

D d d 2

56-

tantaq; liberalitas, vt periculum sit, ne bonorum ignoratione iniuriam beneficio faciamus.

Quarto probatur exemplis Sanctorum, qui dona Dei etiam miraculo, agnoscabant in se (hac enim maximè possunt esse occasio cogitationum & affectuum contrariorum humilitatis) & agnoscabant ea sine peccato & imperfectione. Imò quandoque eorum agnitus & commemoratio, facta coram Deo, placuit Deo, & sic ea commemorationibus profuit.

Porrò, vt omittam alia huius rei exempla in sacris litteris expresa, quæ commemorabo infra c. 10. in quo demonstrabo non tantum in se cognoscere, sed etiam aliis manifestare eximia Dei dona, non esse contra humilitatem, hoc loco paucula talia exempla adferam de sola cognitione Dei donorum.

In primis celebre est illud Ezechiæ Regis sanctissimi, qui cum cognosceret bonum animæ sua statim magnis virtutibus plenum, non dubitauit hoc ipsum coram Deo commemorare, & eius commemoratione flectere cor Diuinum ad concedendam sibi, quâ indigebat, sanitatem: *Obsecro Domine memento, queso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est, in oculis tuis fecerim.*

Quæ verba ad editionem nostri, non in uno tantum loco Spiritus sanctus in Scripturâ extrare voluit, sed in duabus lib. 2. Paral. 32. 49. & Ilat. 38. 3.

Placuisse autem Deo hanc Ezechiæ orationem, cognitione donorum ei concessorum imbutam, patet ex tribus: Primo, quia statim finita hac oratione, à Deo exauditus est, & sapientem operatam recepit. Secundo, quia in signum exauditionis miraculosum solis vel solaris radij regresum aspexit, vt in iisdem Scriptura locis narratur. Tertio, quia à Spiritu sancto mirificè eius vita commendata est. 4. Regum. 18. 3. inter alia quod adhæserit Domino, & non recesserit à vestigiis eius, feceritque mandata eius, quæ præceperat Dominus Moysi. Vnde erat Dominus cum eo, & in cunctis, ad quæ procedebat, sapienter le agebat. Quibus laudibus accesserunt eiusdem laudes admirabiles 2. Paralip. 31. vers. 20. 21.

Simili modo ferè omnes alij Sancti, quorum Vitas legimus, omnia illa Dei dona, quæ vel Superioribus aut Confessariis, vel familiaribus suis patefecerunt, & quæ non nisi ab ipsis solis sciri & narrari poterant, quippe interna & occulta, & nullo externo signo patefacta, necessario prius in se cognoverant, & tamen humillimi fuerunt. Commemorabo aliqua utique huiusmodi exempla.

S. Ioannes Abbas laudatus à S. Hieronymo, & S. Augustino, & aliis, & in Martyrologio Romano 27. Mart. positus, ibique *magne Santitatis vir,* & propheticus Spiritu plenus appellatus, agnoscet in se hoc donum, quod apud illum, in-

quit Russinus ei familiaris, ita habebatur, vi ma- Ruffo.  
giù hoc illorum qui percontabantur, quām suis meritu lib. 1. c. 11.  
adscriberet. Dicebat enim non pro se bēs, sed pro illis S. Hier. Vit. PP.  
qui audiunt à Domino pronuntiari. Eadem suocri- cap. 6.  
tate, vxori cuiusdam Tribuni militum se videre Cœpho- l. 4. in folia  
cupienti, pote statim non fecit, eti⁹ valde à Tri- tem & u.  
buno rogatus, tamen tam fidem quām importunata- S. Aug. 17.  
tem eius aspiciens, Vade, inquit, videbit me coruus tua, & l. de ca- ciuit. c. 6.  
hac nocte, non tamen veniet huc, sed in domo sua, atque rā pro in lecto suo manebit. Et ira contigit, & scribitur mortuus  
quoque à S. Augustino lib. de curā pro mortuis cap. 16.  
Cassian. l. 4. in folia  
Hoc mirabilius est quod de humillimo S. c. 13. &  
Antonio scribitur in vītis Patrum L. 5. libel. 17. Collat. 16.  
nu. 3. Rosveydus p. 632. 3. Abbas Ammon de loco cap. 9. &  
Nitronis, venit, ad Abbatem Antonum, & dixit ei: coll. 24.  
Video, quia maiorem laborem, quām tu sustineo, & Eucher.  
quomodo nomen tuum magnificum est in hominibus de laude  
super me: Et dixit ei B. Antonius: Quoniam & ego eremus,  
dilego Deum plus quam tu. S. Romanus

Abbas, teste S. Gregorio Turonensis in Vītis PP. c. 1. fin. Cām Lapicino Abbatii fratri suo germano dixisset: Dic mihi, in quālī monasterio vīstib⁹ parari sepulchrum, vt simul quiescamus: qui ait: Non potest fieri, vt ego in Monasterio sepulchru habeam, à quo mulierum accessus arcetur. Nōs enim, quid mihi indigno, & non merenti, Dominus Deus meus gratiam tribuit curationum, multaq; per impossitionem manus meas ac virtutem crucis Dominicae aduersis languoribus sint crepiti. Erit autem concursus ad tumulum meum, si ab hac luce migravero. Ideoq; eminus à Monasterio in monte parvulo sepulcrum est, super cuius deinceps sepulchrum magnum templum adificatum est. In quod ingens frequentia populi diebus singulis accurrunt. Multe enim virtutes ibi in Dei nomine nunc ostenduntur. Nam & cæciliū, & surdi auditiū & paralyticū gressum plerumq; recipiunt. Ita hic S. Romanus, non tantum viuens gratiam curationum in se agnouit, sed etiam eam post mortem suam habiturum corpus prædictit. Quid alios quoque Sanctos de suis post mortem miraculis futuris, prædictis historiæ Ecclesiastice testantur.

S. Gutlacus Confessor: Surius II. April. Cū ad eius iussum birundines & cetera aues eremii, pisces etiam flagri alacriter ad eum accederent, & sere ac silvestres animantes mansuerent: & vir quidam ab illo secessaret, vnde esset tanta illarum animalium confidencia & impedita apud ipsum habitat, respondit: Qui tota corde fugie consortis hominum, ei non solū seru & volucres, sed cetera quoque omnia solatia sunt; atque insuper nunquam ei blanda deerit consolatio angelorum. Agnouit ergo se ex toto corde fugille consortia hominum, & ita promercuriſe apud Deum auium & feratum ad se accellum.

S. Catharina Senensis moriens, inter alia monita, quæ suis filiis & filiabus spiritualibus reliquit, fuit de charitate & concordia, quam si seruarent, promisiit se illis imprestatram tantam abun-

abundantiam Spiritus & gratiae, quantam ipsa largè receperat, bonitate Sponsi sui, ut scribit B. Raymundus & Catharinus in eius vita l.3.c.23. De S.Bernardo in eius vita sic scribitur: Cum viri sancti signa magis magis crebrescent & multiplicarentur in dies, non prætereundum, quidnam ipse inter hec animi gereret, qui à Christo humilitatem cordis & mansuetudinem dedit. Disputans enim secum in cogitationibus suis, & ex ipsa dementia locutus abundantia cordis sui, domesticis sibi, religiosis quibusdam Fratribus aiebat: Plurimum miror, quidnam sibi haec miracula velint, aut quid visum sit Deo talia avertire per talem. Nil mihi videor in sacris paginae super hoc genere legisse signorum. Si quidem facta sunt aliquando signa per sanctos homines & perfectos facta sunt & per fictos; ego mihi nec perfectionis conscientia sum, nec fictionis. Scio enim Sandorum mihi non suppetere merita, qua miracula illustrantur, confido autem nec ad eorum formam me pertinere, qui virtutes multas in nomine Domini operantur & à Domino ignorantur. Hæc & huiusmodi crebris secretiscale cum viris spiritualibus conferebat. Nouissime vero opportunum sibi metus visus exitum reperiisse; Scio, inquit, huiusmodi signa, non ad sanctitatem virtus, sed ad multorum spectare salutem, & Deum in homine, per quem talia operentur, non tam perfectionem considerare, quam opinionem, ut in eo commendet hominibus, que illi creditur inesse, virtutem. Neque enim pro eis sunt hec, per quos sunt, sed pro ei: magis, qui vident illa vel sciunt. Nec eo sine per eos ista Dominus operatur, ut ipsos probet ceteri sanctiores, sed ut ceteros magis amatores & mulatores faciat sanctitatis.

Leo decimus in Bullâ Canonizat. S. Francisci de Paula, refert, cum quidam Cubicularius Pontificis, exploratus virtutem Francisci, eum inuiseret, Franciscum ardentem prunas, absque læsione, manibus arripuisse & dixisse: Qui perfecto corde Domino seruunt, omnia illis creatu obtinuerant. Agnotuit ergo se perfecto corde Domino seruire, quia etiam ignis, eum non laedendo, ei seruuit. Similia ex simili occasione dixit noster P. Joseph. Ancheta pag. 179. vita seu lib. 2. §. vlt.

S. P. Ignatius presentem diem cum besterno conferens, & cum projectu profectum, longius se quotidie progressum, & altioribus inflammatum studiis in dies reperiebat; tunc Ribadencis in eius Vita l.3.c.1.

Idem Iacob Layni aliquoties dixit in Divinis rebus babere se passim magis quam actuè, qui supremus gradus ab illis traditur ac perfectissimus, qui de contemplandi ratione scriperunt. ibid.

Idem dicebat persuaderi sibi non posse, hec duo simul coniuncta, in ulo hominum tam valde reperiri, quam in se, ut in Deum videlicet esset quis ingratius, & à Deo tam multa tamq; magna quotidie beneficia acciperet.

Idem per multis annos, antequam è vita deceperet, nullam inanis glorie cogitationem habuit, nullumque vitium dicebat minus extimescere, quam vanitatem & gloria inanis. c.3. ibid.

Idem adēd magnam de Sanctis opinionem habuit, ut ea quæ de ipsis scripta leguntur, minoria illocutum virtute diceret, & addebat se dona cum nullo Sanctorum sibi diuinitus data commutaturum, si ipsi nihil plus habuissent, quam id, quod de illis scribitur, & in eorum virtutis habetur. Hoc legi in vita B. Patris manu scripta quæ afferatur in Archivio Romano.

S. Teresia, ut scribit in eius vita noster P. Ribera libr. 4. c. 14. dicebat ad confidentiam magnam, quam erga Deum habebat, se valde adiutam, cognitione magnorum donorum Dei sibi factorum; quæ nisi cognouisset, non suscepisset magna opera pro Dei gloriæ. Deinde hec subdit dicere eam solitam: falsam esse humilitatem, non agnoscere in se Dei dona. Et impossibile esse habere animum ad res arduas pro Deo patrandas, si non cognoscantur fauores Dei, quibus nos prosequitur, quibus nobis dat fortitudinem, perditam peccatis nostris. Quod etiam ipsam scribit in vita sua capite 10. Verum dixit S. Teresia: quia, ut ait S. Ioan. Climacus gr. 30. Spem parit Diuinorum numerum experimentum. Nam qui hac expertus non est, non sine hesitatione prefat.

Magni autem ponderis esse debet huius Sanctæ iudicium, quia eius spiritus, tanquam securus & communis, fuit approbatus a principiis Patribus Societatis & aliorum Ordinum, à P. Araoz, P. Borgia aliisque, quos P. Ribera commemorat in eius vita libr. 1. cap. 9. 10. & libr. 4. cap. 7. & Frater Ioannes à Iesu Maria libr. 4. cap. 5.

Quæ de re disserens B. Franciscus de Sales Episcopus Genevensis, magnus nostræ Societatis amicus, & patronus, eximiis Dei donis illustris, & miraculorum gloriæ, in vita & post mortem clarus, in Introductione ad veram deuotionem 3. parte c. 5. sic ait. Multi nolunt, & non audent considerare gratias particulares, sibi factas à Deo, ob metum vanæ gloria, & complacentia, quæ in re vere decipiuntur. Cùm eum, ut ait Magnus Doctor Angelicus, verus modus attendendi ad amorem Dei, sit consideratio eius beneficiorum, quantum magis ea cognoscemus, tantò magis eum amabimus: & cùm beneficia particula rōneant magis quam communia, ista magis attente sunt consideranda. Certe nulla res nos potest tantum humiliare, ante misericordiam Dei, quantum multitudo eius beneficiorum. Non oportet timere, ut cognitio eius, quod posuit in nobis, nos inflet, dummodi attendamus quicquid boni in nobis est, non est à nobis. Nunquid nulli definitum esse bestia, turpes & fatida, quia pretiosas res portant & odoriferas à Principe impositas? &c.

Sic B. Frater noster Alphonsus Rodriguez, ut haberet in processu informatius pro eius Canonizatione fol. 173. dans rationem suę conscientię P. Joanni Torres Rectori suo, sic de se ait in tertia personā: Successerunt isti persona res quas mundus canonizat & magnificat, & tenet pro sanctitate, quales sunt visiones, revelationes, donum

D d d 3 pro-

prophetia vel miraculorum; & ista persona non reperit iudicium suo in hoc casum sanctitatis; quia sanctitas consistit in acquirendo multos & magnos labores, ex conflictibus interioribus; ad evanescendum cor vitii & plantandum in eo virtutes, in quibus consistit sanctitas &c. Ita etiam gratias gratis datas in se vir humilitatis cognoscet; sine preiudicio sanctitatis. Denique de Sanctis vniuersitate differens B. Ladrenius lusitanus in falec. amot. c. 5. col. 8. ait. Eorum mentes qui sanitatum gratiam consequuntur; quotiescumque agunt talia; humilitate facundantur & gaudio: Gaudio pro adepto munere, afficien- tiumq; profectu. Humilitate autem; cum sacro eruditio eloquo tacite cogitant infra se prophetia atque facien- dorum dona miraculorum electio ex reprobis esse posse de inst. & communia. Et alibi. Omnes, inquit, qui ambulant in regimini. veritate & Deo in cordis simplicitate famulantur, non Præl. c. 12. propriam ex iis, quæ laudabiliter agunt, querunt gloriam, sed Conditoris sui, de cuius rique munere agno- scunt se irreprehensibiliter vivere. Homo quippe boni instrumentum est operis; artifex autem est solus Deus. col. 6.

Quintu[m] probat[ur] auctoritate Sanctorum. S. Augustinus l. de bono viduit. c. 16. Dona Dei, inquit, quantum magis nostri, tanto magis es de eisdem donis beata. Unde aliter non es beata: nisi quod habes, no- ueris à quo habes.

S. Thomas 2. 2. q. 161. a. 3. in corp. Illi, inquit, qui dona Dei participant, cognoscunt ea se habere secundum illud i. Cor. 2. Ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. & ideo absque preiudicio humilitatis, pos- sunt dona, quæ ipsi acceperunt, preferre donis Dei, quæ aliis apparent collata.

S. Gregorius 1. 4. m. 1. Reg. ad c. 18. Bona nostra, & ignorare sapienter, & scire aliquando rarer debemus. Ignoranda quidem sunt, ne insirimus nobis elatio- nem prabeant; sed à perfectionibus scienda sunt, ut per devotionem crescant.

Quinimum S. Bernardus serm. 3. de Annunt. fin. inter impedimenta Diuinæ gratiæ, & inter effectus tepiditatis ponit: quod minus sciamus ea, quæ à Deo donata sunt nobis, indebet pariter & integrati. Et serm. 1. de altit. & bassit. cordis. Non ma- gnopere, inquit, cogites, que tibi videris habere, nisi for- te interdum, ut gratias agere possis. & te noueris debi- torem ei, qui dedit; seu gratia consolacionis, cum id ne- cessetur, ne qualibet ex causa tristitia sis. Et ser. 15. in Psal. 90. Omne beneficiorum Dei, est dulce onus, sed ei, qui sentit, ei qui experitur. Alioquin si non inuenias, si non aduertas graue omnino, & pericolosum.

His adiungi possunt; In primis P. Iacobus Laynez secundus nostræ Societatis Præpositus Generalis scribens Viennam Anno 1562. 18. Decemb. Non potest inquit, Deo gratum esse, ut humili- tas cognitionem Dei donorum impedit, tunc enim non vera esset humilitas, sed pusillanimitas.

Patri quoque Baltafari Aluarez eadem, hac de res sententia, quæ S. Thomæ, & S. Gregorij, quam confirmabat auctoritate Pauli Apostoli i. Cor. 2. supra à nobis citata, quemadmodum de scribit P. Ludouicus de Ponte in

civis vita c. 41. p. 18. 4. Huiusmodi inquit, & quoque que alios defectus in tenetibus modum hunc orationis obseruantur non ab ipso modo, sed ab imbecillitate indis- positione, aut imperfectione ipsius orantis (qui corrigit & emendari debet) prouenire, non autem propter modum ipsum esse damnandum. Nam similes defectus accidere solet in ventibus ratiocinatione, & interdum quidem maiores, nam & ibi facile oritur vanitas ex preclarâ aliquâ in ratiocinando inventione, non tamen propter quod ymagis aut plures abutantur aliquo men- talis orationis modo, ille censendus est malus aut de- rendus. Nam etiam tunc ipsæ meditationes & Sacra- mentorum frequentia, efficiunt omittenda, propter quod aliqui illi abutantur, aut potius proper defectus in earum ymaginibus. Ex quo sit, quod si Superiori, aut qui tales orantes dirigant, eum orandi modum prohiberent, illi censerentur rei, nisi tali prohibitioni parerent. & tamen nisi probationis causa, non possent Superiores tutâ conscientiâ, talem probationem facere, cum & ipsi teneantur animas per viam Spiritus diregere, per quam illas Deus ducit, & illi proficiunt, & multi Sancti eam temuerant, & tenent, ut predictum est, quamdiu tamen Superiores id non prohibuerint, non erunt illi rei, si eo modo vitantur, aut existimant, se posse indicium ferre de rebus spiritualibus, quas ipsa experientia melius dicereant, quam qui talem experien- tiam non habent. Quemadmodum non est damnandus Irasiferitus, propter quod existimat, se melius posse in- dicium ferre de rebus, quarum notitiam suo labore & studio comparauit, quam qui tali studio nunquam in- cubuit. Neque est contra humilitatem Dei, quod quis eius dona cognoscat, ut ait Apostolus 1. Corinthus 2. Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt no- bis, &c.

Hoc ipsum docuit P. Ludouicus de Ponte, magnus viræ spiritualis Magister, miris Dei ra- risque donis clarissimus, i. parte Ducus Spiritualis tr. 2. c. 8. Veniamus, inquit, nunc ad alteram pro- pria cognitionis partem, quæ veritatem circa bona, quæ habemus, naturalia & supernaturalia, corporalia aut spiritualia ad quam ipsem Deum, qui ea donavit, nos impellit iuxta illud Apostoli: Nos non Spiritum huius mundi accepimus, qui cacus est & fallax, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis. Hac enim cognitione, quæ à tali spiritu procedit, non pos- tet non esse utilis, unde aliquo modo est necessaria: nisi enim ea cognoscemus, quomodo largitorem illorum diligemus? quomodo gratos nos pro eis exhibemus? quomodo studijs conservemus? quomodo eis viere- mur in obsequium eius, cuius illa sunt? quomodo in af- fectionibus animisque delectationibus respiciemus. & si- diciam habemus in rebus magnis voti compotes en- dendis. Et quomodo Deum agnoscemus, ex donorum experientia, quæ nobis largitur. Hac & similia commo- da nobis ceſſant nisi cognoscemus bona spiritualia, quæ habemus, cum dixerit Sapientia Eccl. 20. Theseus inuisus, quam adserit utilitatem? Idem in vita P. Bal- tafari Aluarez c. 41. pag. 485. Non est, inquit, con- tra humilitatem, quod si eis dona agnoscat, ut ait Apoflo-

### VIII. DE HUMILITATE QUÆRENDA.

395

<sup>Cor. 2.</sup> <sup>ii.</sup> *Apostolus: Nos non spiritum huius mundi acceperimus, sed Spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis. Est ergo Dei Spiritus, agnoscere in le Dei dona.*

*Fr. Ioannes à Iesu Maria Carmelita Discalceatus, vir sanctus, & magnus vita spiritualis Magister, vti multa præclaræ eius Opuscula demonstrant, in quodam tractatu de 3. statibus, dub. 15, proposito sibi tali dubio: Num perfectis licet, interdum se perfectos esse agnoscere; idque sine ipso humilitatis detrimento sic responderet: Respondeas id esse, idque fieri cum via quadam extraordinaria, scilicet per revelationem Dei (vbi in S. Paulo contigit) cum via non adeò extraordinaria, quando mirum Dominus singulari quadam luce suâ communicaat, mirabilem illos facit sui mutationem agnoscere, simul etiam lucem & gratiam iis communicat; quæ agnoscant, se omne illud, quod habent, bonum, non à se, sed à Diuina gratia habere, & agnoscant id, magno & intimo quadam humilitatis gratitudinis, amoris sensu, ac timore quodam filiali, quo Diuinam Bonitatem reverantur offendere. Sunt nonnulli, inquit S. Ioannes Climacus gr. 25, qui tamen an modo supersint diffinire non possum, qui ex ipsis Dei munib[us] quantumlibet in eis proficerint, semetip[s]os humiliant, seque indignos esse huiusmodi diuitiæ existimant, scilicet afficiuntur tanquam debitis suis quotidie adūciant. Quando ergo S. Ioannes Climacus ait gr. 26. col. 13, Cura si nob[is] perpetua atque indefessa, ne tenuis quidem cogitatio ascendat in mentem nostram, quæ bonum nos vult, vel minimum habere suggestat: intelligendus est, ex bonis per naturam acquisitis, quæ non est sufficiens ad virtutum excellentiam comprehendandam sine Dei gratia. Alioquin initio illius capituli ait, ad discretionem pertinere incipientium & rudium etiam nondum perfectorum, veram fiorum intiomorum prospectuum recognitionem.*

<sup>57.</sup> *Notandum est secundum. Cognitionem, quam S. Thomas 2.2. q. 161. a. 2. ( disputans ex professo, an humilitas magis consistat circa iudicium rationis, quam circa appetitum ) requirit ad humilitatem, vt per eam aliquis cognoscat, id in quo deficit à proportione eius, qui suam virtutem excedit & proprium defectum, & vt hac cognitione sit directiva & moderativa motus appetitus: hanc, inquam, cognitionem nostræ vilitatis, ad humiliandum nos coram Deo & hominibus prærequisitam, ex his capitibus peti posse.*

*Primum. Quia quod naturalia nihil sumus. Nam antequam Deus creasset materiam primam, & animam nostram, nihil sumus, & his annihilatis ad nostrum naturale nihilum rediremus.*

*Secundum. Quia accepta à Deo nostrâ existentiâ & essentiâ corporis & animæ, & cùm iis multiplicibus facultatibus, & viribus operandi per internas tres potentias animæ, & per quinque sensus, ac omnia membra corporis, nihil possemus operari & facere, nisi ad quodlibet*

opus nostrum minimum accederet Dei specialis concursus, actionibus nostris singulis necessarius. Atque ita, sine hoc Dei, vt causa prima & universalis concursu, nihil protius possemus agere, vt etiam docetur in Physicâ, proinde vti ex nobis nihil sumus, ita per nos solos, qui ex nobis nihil sumus, nihil possumus efficere.

*Tertius. Quidam res supernaturales multo magis nihil sumus, quia nec cogitare quidquam possumus conducimus ad meritum, & gratia a gloria consecutionem, sine speciali auxilio supernaturali gratia Dei supernaturalis, nobis ob Christi merita concedi solite. itaque ex nobis nill supernaturali possumus mereri: & ex nobis nullo bono digni sumus.*

*Quartus. Cùm autem in multis delinqüamus omnes, vt dicitur lac. 3.2. & cùm peccata, etiam venialia, collata cum infinitâ Dei Majestate & nostra vilitate naturali, & tot obligationibus nostris, quas habemus, ex donis multiplicibus naturæ & gloriæ, nobis diuinitus collatis & promisis, & adhuc perpernò sine ullâ intermissione conferri solitus, quæ requirunt iure multiplici, vt abstineamus ab omni Diuini Nutrimenti offensa, quæ quandam infinitatem in le habet, vti dicunt Theologi & Sancti; idem meremur, vt Deus nos puniat cum quadam infinite, si eius essemus capaces, ideoque meremur, vt à nobis auferat omnia bona, quæ dedit nobis, & nos repleat omni malo pœnali.*

*Quintus. Cùm ex nobis nihil sumus, ideoque nullas vites ex nobis habeamus, ad faciendum vultum opus naturale ac supernaturale, & ad superandas difficultates & tentationes indigemus Diuinæ dextra auxilio, etiam ad frenandos & moderandos motus nostrarum passionum non sumus sufficiētes, sed & ad hoc quodam nihil sumus.*

*Sextus. Cùm peccata nostra sint adeò frequētia, & pro conditione peccatorum varia, cùm ea sint fædiora omni fæditate & spurcitia; etiam nos ob illa, sumus magis fædi, magis spurci, magis abominabiles, quam quicquid inueniri possit, inter sublunares fæditates spurcissimum.*

*Septimus. Cùm omnes virtutes connexæ sint, vti docet S. Thomas 1.2. q. 65. a. 1. & alij Theologij ac SS. Patres quos citant; & exp̄s Deus ipse S. Catharinæ dixit in Dial. c. 7. omnes virtutes a diuincem ligatas esse, & connexas quamvis maior sit in uno, quam in altero: cùm ergo virtutes sint tam multæ, tu vero, vel nullam in tam alto gradu habeas, in quanto habebatur à Sanctis, vel multas alias non habeas, cuni tota plenitudine perfectionis ad eam spectantis, agnosce te longè abesse à perfectione.*

*Octauus. Cùm bonum sit ex integrâ causa, & malum ex singulis defectibus, vti ex S. Dionysio docet S. Thomas; cùm in te videoas defectus plures, quam in alio, saltem cognitione experimentali, & cùm in te eos cognoscas esse voluntarios,*

D d 4 quid

quod de alienis scire non potes, forte enim in eis sunt primi motus, qui tibi, vel aliis, videntur voluntarij defectus: unde sepe etiam docti contentur inuoluntarias distractio[n]es & cogitationes, &c tentationes: defectus autem in bonis aliorum non vides, vti in tuis; ideo te etiam ex hoc capite postponere debes omnibus aliis.

*Nond. Ignorantia multarum terum laboramus, cum cum culpâ nostrâ, cum sine culpâ.*

*Decim. Propri[n]to nostra ad malum, & ex somite innato, & ex habitibus prauis acquisitis, est magna materia humilitatis.*

*Vndeclim. Aueratio naturæ corrupta à bono, & resistentia ac difficultas ad illud inchoandum, continuandum, & perficiendum, est occasio humilitatis.*

*Duodecim. Inconstantia in benè cœptis.*

*Decimotertius. Tedium in bono, gustus in malis.*

*Decimoquartus. Ingratitudo erga Deum, post tot beneficia.*

*Decimoquintus. Relapsus ad peccata defleta.*

*Decimosextus. quin etiam ipsos fauores, quod sunt maiores. Sancti agnoscendo eos accipiunt tanquam præsidia, sine quibus ruerent in grauiissima scelera, & inde suam debilitatem maiores ceteris colligunt, qui eis fautoribus carent, & sic se humiliando, alios sibi anteponunt. Cùm quædam Nouitia quereret à B.M. Magdalena de Pazzis quomodo tam de se vilem conceptum haberet, cùm se tot mīris Dei fauoribus ornata conspicere? Respondit: (vti scribitur in eius vitâ c. 134.) Scias filia, n̄ me Deus, singularibus fauoribus munuisse, & quasi retinuisse, ego me precipitasse in maximas Dei offensas, que fieri possent contra Diuinam Majestatem. Vobis non fecit hoc Dominus, quia eius simplici voce obediens, eique sine his fauoribus seruit, & idē ego sum miserabilior vobis omnibus. Eadem in suis raptibus declarauit modum, quo se reputabat esse causam omnium defectuum Monasterij, & omnium mundi peccatorum, & damnationis tot animalium. O, inquit, si ego fuisset in oratione seruens, intrā me collecta fuisset, & hac & illa fecisset! Deus me alter illuminasset, quā potuerit facere ob meos defectus: idē ego adhibuisset illa media, ad imperandum lumen illa animabus, per quod ad hunc miserum statum non deuenissent: & feruentis orationis pro peccatoribus, & pro placando Deo illis irato.*

*Ad humiliandum, inquit S.Bernardus fer. 36. in Cant. nibil anima inuenire viuacius, seu accommodatius potest, quam se in veritate inuenierit, tantum non dissimulet, non sit in spiritu eius dolus, statuat se ante faciem suam, nec se a se auertere abducatur &c. Nam quomodo non verè humiliabitur in hac verâ cognitione sui, cùm se percepit oneratam peccatis, mole huic mortalis corporis aggrauatam, terrenis intricatam curvis, carnalium defectiorum face infectam, cœcam, curvam, infirmam, impletam multis erroribus, expositam mille periculis, mille timoribus, trepidam, mille difficultatibus anxiam, mille suspicionebus obnoxiam, mil-*

*le necessitatibus erumnesam, procluem ad vitia, iniuidam ad virtutes. Vnde hinc iam extollentia osculari vnde leuare caput?*

*Et ser. in illud lob. In 6. tribulationibus liberabit te. Quid, inquit, in homine purum à macula, immune à contagio poterit inueniri? Ab intus manat, de corde exit pestiferum virus, ac deinceps corpus occupat vniuersum, menet desiderii afficit, membra illecebri inficit. Inde pruritus aurium, oculorum petulantia, inde olfaciendi voluptas, inde in fauicibus tam inordinata delestatio, inde in vniuerso corpore militie sensus, & libido pernicioſe tangens, inde intus in animâ ebrietas illa desideriorum, & fornax quadam ambitionis, auaritie, iniuidie, contumacia, nequitia, & omnium denique vitorum affectibus vehementer accentu &c. A plantâ pedis vsque ad verticem non est sanitas in me: totum inficit concupiscentia, lex peccati in omnibus membris inuenitur, vndique per fenestras mortis intrare contendit, & inus fomes totius sequitur periculosus fœnit, crudelius malignatur.*

*Et B.Laurentius Iustinianus de perfectionis gradibus cap. 4. statum nostrum sic describit ex quo magna humiliandi nos materia colligitur: Intra nos, inquit, rigent concupiscentia, bella geruntur, hebetatur mens, obnubilatur intellectus, cogitationes perturbant, consilia defunt, alternatur intentio, frigescit affectio, deliberatio mutat, interdum qua displicescant placent. & post paululum, qua grata erant odio habentur, sicq[ue] inferior homo tanquam nauis in medio pelagi confusa, diuerſarum procellarum impulsionebus agitata, naufragio, propinquus obrunditur, deprimitur, atollitur, & pericitatur. O quā sepe malignorum spirituum deceptiōibus circumveniuntur, blanditiis salutur, scitq[ue] rationibus superatur!*

*Atque ex hoc primo gradu oritur, & cum eo coniunctum est, vt quis seipsum despiciat, vt si bi, suisque viribus diffidat, vt si Diuinis donis indignum reputet, honorari non appetat, sed potius deprimit & contemni, Deo & hominibus subiici, & se inutilem reputare. Qui enim se iudicat omnium vilissimū & pessimum in materia virtutis, hæc omnia habet, quā P. Alvarez de Paz recente, inter distinctos gradus humiliatis to. 2. l. 4. p. 3. vel gradus à B.Iustiniano positos.*

*Notandum tertius, id quod B. Angela de Fulgino, Deo dictante didicit, & scriptum reliquit c. 19. sua vita; esse quandam humilitatem falsam, à verâ humilitate & à superbis diuersam. Falsa enim, et si ea ipsa menti suggesta, quæ suggesta vera humilitas, scilicet cognitionem, vel potius representationem viuam, propriorum peccatorum & defectuum, non minorem, quam faciat vera humilitas, tamen effectum producit diuersum. Vera enim humilitas facit animam venire in cognitionem Diuina bonitatis, et si faciat animam esse contemptum. At humilitas falsa, inducit quidem contemptum quandam sui, sed nimium, ita ut non possit anima cogitare, quod Deus de cetero velit illi misericordi, & non adducit nisi innumerabile malum; & illam*

illam habens anima nullo modo potest recordari Dei &c. & facit eam, desperare de Deo & de omnibus bonis eius: & cogitare quia quidquid Deus ei concessit & dedit, ad maiorem eius desperationem & damnationem permisit. Quæ Sancta ista c. 19. fuscè prosequitur, narrans quomodo haec falsa humilitas (quam tentatione dæmonis adscribit, & ea se per duos circiter annos tormentatam ait) omnes suos defectus sibi offendit, & ut ab aliis quoque agnoscerentur, & à Deo puniuntur, instigabat. Addit tamen etiam per hanc falsam humilitatem, seu tentationem dæmonis, animam purgari à superbia, & à dæmonibus, & in illâ acquiri veram humilitatem, non quidem per se, sed, ut in scholis loquimur, occasionaliter.

Sicut ergo in aliis virtutibus, excessus sunt fugiendi, ita & in exercitio humilitatis, ne deficiat in pusillanimitate & desperationem, culpâ nostrâ, vel dæmonis tentatione. Nam virtus ipsa per se id non efficit: quia ut bene ait S. Augustinus 2. de lib. arb. c. 8. & 19. Et S. Thomas 1. 2. q. 55. a. 4. *Virtus est bona qualitas mentis, quâ recte vivitur, quâ nemo male vivit.* Scilicet vivendo eius habitu, & illi non adiungendo suos actus, qui sepe, vel à naturali passione inordinatè hominem mouent ad opes prauum, vel à dæmonis immediata tentatione, vel à prauo habitu aq[ui]sito, oriuntur, & contrarij sunt virtutibus, per excessum, vel defectum. Quo sensu S. Antonius Abbas serm. de vanit. mundi dixit: *Virutem nobis contulit Deus, quâ possumus, & quod equum & rectum perficere, & non per ipsam potius iniquitatem exercemus.*

59. Ad hoc caput spectat cognitio, quam seruit Dei habent de honore, qui eis desertor ob sanctitatis opinionem, quam apud alios habent, & iniuit patiuntur, sed Deus ita vult fieri. Quâ de re quadam vice S. Gertrudis sic allocuta est Dominum l. 4. c. 35. insinuat. diu. piet. *Eia cur permititis Domine, ut aliquis respiciat me, aut reuereat ut sanctam, cum tu Dominus omnium, in terris voluisti esse nouissimum virorum, & tibi sit summe laudabile quid Eleci tui despici & vilipendi habeantur in hoc mundo, quia eo magis coequantur tibi in gloria, quo contemptibiles afflantur in terra?* Respondit Dominus: *Verbum meum est per Prophetam: Iubilate Deo omnis terra. Et infra: Date gloriam landi eius. Permitto ergo, ut nomelli in Spiritu sublimioris de te sentientes tibi dulciter afficiantur, neque benignius respiciant, ut illos per hoc sanctificem, & gratia mea cooptem, nec non mihi magis gratos efficiam.* Ad quod illa: *Dominne, quid de me fecisti illos per hoc sanctificas, per quod ego desecuti contra te?* Respondit Dominus: *Ego anteum ornatum tuum, id est gratiam, quam in te posui, delector sicut nient, colori vermeilare.* Unde per hoc verbum (fusco) intellexit signari, quid cum homo aliqua sibi beneficia impensa recolit, se humano affectu acceptasse, & interim dolens humiliatur, per talen humilitatem tanq[ue] magis placet Deo, sicut niger color cui-

dentius aurum distinguit. Per hoc autem quod Dominus ait (ac nitenti colore) recognouit, quod gratitudo illa quâ quis acceptat beneficia tam à Deo, quam ab hominibus propter Deum sibi impensa, magis habitat animam ad quolibet dona Dei suscipienda & conservanda. Quia quidem etsi vera sint, tamen ex parte nostrâ humiliamus nos quam possimus maximum, & contemptum nostri amemus, & bonis modis quaramus tristis enim est & infans, inquit S. Bernardus serm. de subiectione nostræ voluntatis ad Diuinam, quicunque in alia rite meriti, nisi in solâ dignitate confidit. Apud Dominum, fratres, ius habere non possumus, quoniam in multis offendimus omnes; sed ne fallere eum, ipse enim non est abscondita cordis, quantum magis opera manifesta: utique ne resistere viribus, quoniam omnipotens est. Quid ergo restat, nisi ad humilitatis remediu[m] totâ mente con fugere, & quicquid in aliis minus habemus, de eâ supplere? Quod ut faciamus faciliter suaderet alio in loco serm. 1. de altitud. & bass. cordis: *Eia semper magis attende, que alius habet, tu non habes: quod hec cogitatio te humilitate te custodiat, & à descensu tepiditatis elonget, magis autem & accendat desiderio proficiendi.*

## CAPUT SEPTIMUM.

## De Secundo Gradu Humilitatis.

**Q**uoad secundum gradum humilitatis, qui est in Confessione sacramentali sua peccata aperire, dubitari potest, quomodo sit actus & gradus humilitatis, cum sit actus penitentia, & necessario adhibendus ab iis, qui suscipiunt sacramentum penitentie, in quo ad integratatem Confessionis Sacramentalis requiritur integra manifestatio omnium peccatorum mortalium, quorum quis meminit?

Sed dicendum est, uti constat ex Theologia, eundem actum virtutis posse pertinere ad diueras virtutes, si fiat ob diuersa motiva propria cuiusque virtutis. Et ita manifestatio Sacramentalis peccati, ad placandum Deum, detestatione & confessione illius, & voluntate satisfaciendi, ac proposito emendationis facta, spectat ad virtutem penitentiae, eiusdem vero manifestatio facta ex animo vilipensionis nostræ, & ex studio deprimenti nos ob Dei reuerentiam, & subiiciendi nos hac ratione, & Deo, & Confessario, est actus humilitatis, ideoque à Sanctis frequentatus, etiam extra necessitatem Sacramentalis absolutionis.

Et ita S. Prosper li. 3. de virtute contemplationis, ca. 3. inter actus humilitatis id numerat: *Superbi, inquit, vita sua à se alienando, perueritatem sua voluntatis excusant; humiles vero, si quæ peccata commiserint, voluntarie confessando, semeipos accusant.*

Et S. Benedictus in sua Regula cap. 7. quintum humilitatis gradum esse ait: *Si omnes cogitationes malas cordis suo aduenientes, vel mala à se*

ab-